ut potes, meq; quod facis, amabis et amare perges. Etiam precibq tuis salutem et fortunas meas perpetuis Deo commendabis. Quem ego vicissim invoco, ut te, tuos et vos omnes tueatur et defendat, Amen. Vale Vir Optime et Amice integerrime. Uratislavia. XXVIII. Octobris 1582.

Tui Studiosissimi
Jacob Monau

Excepit dñ
Reverendo et Clarissimo Viro Dño
Ludovico Lavatero, Theologo in Eccle-
sia Tigurina, Domino et Amico plur.
observando
Tigurum. f.

40.

Taddæo Hayecio ab Hageck And. Dudith. S. D.
Allatum huc est Pa. ab Hero suo in Episcopi Olomucen. vinctum esse traditum. Ita Dñi nostri Jesu Christi magnam esse causam oportet ac capitalem. Ego profecto nihil de illo viro suspicari possum, quod vinculis dignum sit, præter religionem illam pravadoxam. Quicquid causæ sit, dolco hominis vicem, senis, egeni, exteri, cui uxor et liberi. O miseram familiam! rogo, ut quicquid de eo certi habes, aut posthac intelliges, cum omnibq circumstantiis ad me primo quoq tempore perscribas. Simul, si moneas, ecquam rationem videas hominis juvandi, et quibq Patronis opus sit, modò causa non sit tam turpis et infamis, quod non credo: ut nullam boni viri gratiam admittat. Superioribq hebdomadibq genero suo dedi ad te mittendas literas, Arcili inscriptas. Cupio scire num redditæ illi fuerint et an respondere voluerit. De Simonio quoq, si quid habes, fac me certiorem. Ajunt eum isthic ægrotare, morbo ex mœrore animi contracto. Lecturumne est Cæsarem? an jam fecit est. Quomodo ei cum Monavio nostro convenit? qua gratia, qua authoritate est in aula? Eclipsin nobis eripuit nebula. Si voles, mittemq diligentem Wittichij nostri calculum. Si fuit vobis facultas isthic observandi, facite nos certiores. Dn. Cocino, Dn. D. Banno et amicis vestris, qui idem nostri sunt plur. ex me salut. Filia cum filiolo optimè valent, absente marito compatre meo charissimo

charissimo. De statu rerum vestrarum jam diu nihil audio de profectione, de Antigranindo, de conatibus Granindi et scriptionibus vestris. Ne totum vobis tradam.
8. Januarij 1582.

Eidem Taddeo Ard: Dudith.

Excel. et Clariss: Dn. Doctor, Dne et Amice honorande et charissime. S.P. Jam diu nihil de te audio, putabam equidem Viennam jam abisse, quod ego institutum nondum probo. De amici nostri calamitate, simul atq; monitq; jam, nihil moratq; significavi tibi, inclusseram meæ epistolæ aliam, ignoti fortasse tibi hominis. Hanc an acceperis in hunc diem, certè jam pridem missa est. Duas causas suspicaris religionem et librum: Nec ego unam nec eas exterimo. Nam liber ille de religione scriptus est, in quo etsi sunt semina aliqua Arianismi, ex professo tamen communem Romanorum et Evangelicorum causam agit, et tractat de bello et armis: docens Christianis ea permissa esse? Illud est valdè dolco miserabilis hominis casum, etiam ob liberos et uxorem: quibus nihil erit calamitosius. Vereor ne Romam mittat. Non videtur ex dignitate nostra esse ut Pontificii eos ad suspicionem deducant, et ex nostris quisquis sub umbra alarum nostrarum nidificarunt et ex nostro sonte sanguinem potant, atq; à nostris pascuis se ipsos sustentant. Christianus aliquot Hebdomadibus Olmutij, ad suos socios quos deseruerat rediit. Epistolam si tuto potuit fieri ad eum mittam aut tibi remittam. Nuperus hic est. Salutavi eum tuis verbis. Nulla de re mihi quàm de Mathematica inter nos colloquium. Obiit ille qui studia nostra invidebat. Savilius, qui nunc Venetijs est cum Regio Novello Cupio scire an meas quasdam literas Henrici Galliæ Regis internuncio, reddiderit, ante duos plus minus menses ad te missas. Quid venit Philippo Melanchthoni ut solem adorare[m] nolit scribere ob excommunicationem, cum longissimè ex altera parte ea rationem defendat? Nulli idcirco eum nunquam scripsit. Cupio tuam sententiam cognoscere ut perscribendi argumentum habeam, et si Doctris Simon, tua profectio, fraudi, alia multa, materiam, dictis Simon, tua profectio, fraudi, alia multa, materiam, si otium et voluntas ei deerit satis haberem suppeditabit. Vale, deli ciæ et voluptas omnium. Salutat officiosè Dnum Nagelwick D. Canonicum Cracoviæ. Cracoviæ 8 Jan: 1582.

Meum disputatio multiplex orta est cum Flacio quodam Berlinensi medio à quo in certamen provocatus, de creatione, de cœli et rerum omnium ortu, de terra et forma, de Diabolo Creatore ignis, pluviæ, grandinis, ventorum, de mundi interitu, de aliis multis materijs, occasionem scribendi sumsit de quibus in epistola nuper ad te missa. Multa portentosa et incredibilia prænuntiat ex epistola nuper ad te missa. Multa portentosa et incredibilia defendit ejus Philosophi Medici denique sortem communem.